Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



EXPLICIT PLOG⁹.
INCIPIT EXPOSITIO SVPER LIBRV REGVM PRIMVM.

QVIT VIR VNVS DE RAMATHA SOPHIM DE MONTE effraym. & nomen eius helchana. filius ieroboam. filii eliu. filii thau. filii suph. effrateus. & habuit duas uxores. nomen uni anna. & nomen sedē fenenna. Fueruntq; fenennę filii. annę autē non erant liberi. Et ascendebat uir ille de ciuitate sua statutis diebꝰ. ut adoraret & sacrificaret dño exercituū in sylo. Erant autē ibi duo filii hely. ofni & finees. sacerdotes domini.

QVIR ISTE QVI

3

in exordio libri huius regalis describitur. ille pfecto intelligitur. cui in capite libri psalmoꝝ beatitudinis palma asscribitur. Qui recte unus dicitur. qa de sorte & numero rępboꝝ q multi esse dicunt. qa latam huius scli uiā gradiuntur. p dī grām & p electionis sortem eripitur. Recte unus dicitur. quia ad unū qd solū est necessariū. postpositis omib. tota mentis intentione se extendere nititur. Iste unus. ordo patriarcharū intelligitur. qui in exordio mundi fere cunctis p ignorantiam dī & sui effeminatis. & iniqtatis delectatione & sensu pstratis. solus uir erat. quia solus p cognitionē dī & sui. peccatis uirilit repugnabat. Vnus qq; erat. qa in unitate fidei spei. & caritatis. a cōturbatione hominū iniquitates operantium. in abscondito faciei & contemplationis diuinę se cōtegebat. Vnde bene de ramatha sophym esse describitur. quia ramatha excelsum. sophym specula ul scopul dicitur. In excelso enī contēplationis & in specula diuinę dilectionis eminebat. qui nullis mundanę pūaricationis ul delectationis cōtagiis subiacebat. Qui iure de monte effraym esse describitur. qui frugifer ul crescens dicit. qa ad ardua continentię & pfectionis. ubi p fruges bonę opationis iugit excresceret sese cōtulerat. qui sodomę ardentis incendia. uisu & auditu iustus subterfugerat. Qui merito helchana uocatur. qd dī possessio interptatur. quia nimirū ipse dī possessio efficitur. qui p pignus spē scī sibi celitus collatū. in fide & dilectione dī pficitur. Qui filius ieroboam esse scribit. qd misericors dicitur. quia p illam mīam de qua salemon